

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLXVII.

VD18 90529014

Illustration: Tab. XLIV. Caput Delphini Delphins Kopf [...]



urn:nbn:de:gbv:45:1-11089


H.N.
35.

Caput Delphini.

Dolphini Kopf.

Tab. XLIV.





ARTICVLVS V.

De Phocaena et Scolopendra Cetacea.

TAB. XLII. **P**hocaena Delphinis species est. Rondeletius quidem diversum a Turfione facit; sed Gaza, motus sine du-
Plin. H. N. phinorum similitudinem habere scripsit, Phocaenam Turfionem vertit, et pro iisdem, Scaliger, Bellonius, Gesnerus, Jovius et alii agnoscent. Differt tamen et ab eo, qui Athenaeo θυραῖον dicitur, et a Platanista, quem Plinius in Gange Indiae rostro et cauda Delphini, magnitudine vero quinque cubitorum, facit. Descriptionem si attendas, ita de iis Plinius. Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur Turfiones. Distant et tristitia quidem asperitus: abest enim illa lascivia; maxime tamen rostris. Canicularum maleficentia Cardan. in tia assimilati. Nobis ex Bellonio et Cardano, ista placet. Phocaena Delphini est magnitudine, breviore tamen crassioreque corpore. Captus aliquando in Neustria, qui mille libras pendebat, adeo pinguis, ut teres videretur. Caput habet obtusum, Rostrum tam simum, ut cum capite fere rotundetur; Meatus auditorios admodum obscuros si reperire volueris, ab oculi majore cantho, sex digitorum intervallo caudam versus accurate disquirere, illucque grandem culmum inferre oportebit. Pinnae eidem solidae ac nigrae. Tergoris color ex caeruleo in obscurum livens, Cauda luna. Cardanus eum, qui Diepae in Neustria captus erat, fistulam in medio per quam aquam effundebat, digitus magnitudine habuisse scribit: dentes quoque obtusos, et hominis molaribus similes. Minxisse,

ore aperto respirasse et suspirasse; Lachrymatum fuisse, profluentibus ex oculis guttulis; diuque supervixisse, quamvis sanguis e vulnere, non secus ac vinum e siphunculo flueret, addit. Nullius non maris est incola. Bellonius saepius in Oceano Gallico quam Delphinos capi scribit. Rondeletius etiam in Ponto vivere, et in loco illo, Arist. H. A. stotelis, ἔξω γὰρ φαλκίνας καὶ δελφῖνος 1.8. c. 13. εδὲν ἐσίν εν τῷ Πόντῳ, etc. φαλκίνης pro φαλκίνης ex eodem Aristotele, qui antea Phocaenam in Ponto nasci scripserat, legendum esse putat. Hoc alii de vitulis marinis accipiunt. Parit magna ex parte binos vel singulos ut Aristoteles prodidit. Bellonius in forum Parisiis, diebus Veneris in primis adferri reliquit. Delphino tamen est deterior, quia pinguior.

SCOLOPENDRAE CETACEAE, Aelian. H. Aelianus solus meminit. Exerunt A. I. 13. c. 13. aliquando totum e mari caput. Narium pilos magna excelsitate appare, caudam perinde atque locustae latam conspic, reliquum corpus aliquando in superficie aequoris spectari, et cum tremi justae magnitudinis conferri posse: Per multis pedibus, utrinque ordine sitis, tanquam ex scalmis appensis natura. Addunt inquit harum rerum periti ac fide digni, ipsos etiam fluctus ea natante leviter subsonare. Pro hac Cetacea Scolopendra, hanc, quam exprimi curavimus, Aldrovandus exhibet. Tota ad colorem caeruleum vergebatur; ad latera tamen et in ventre nonnihil rufescet.

ARTICVLVS VI.

De Phoca, seu Vitulo marino.

TAB. XLI. **E**t si Phoca animal sit amphibia, βάκχη boatu quem edit, unde Servius apud Virgilium, Phocas, marinos boves interpretatus est, seu aliunde ducto vocabulo. Plinius et Gaza Graeci φάκη dicunt, seu ex vitulos marinos; ille, quandoque Vitulos